

Cosmographen
Der beschreibung
Aller Länder herrschafftens
vnd fürnemesten Stetten des gantzen
Erdbodens / sampt ihren Gelegenheiten / Eysenschafft-
ten / Religion / Gebreuchen / Geschichten vnd
Handthierungen / r.

Erstlich durch Herrn Sebastian Munster mit grosser Arbeit in sechs Bü-
cher verfasst: Demnach an Welt vnd Natürlichen Distorien durch ihne selbs gebes-
sert: Jetzt aber mit allerley Gedechtnuswürdigen Sachen bis in das M. D. LXXXVIII.
gemehret / mit neuen Landtassen / vieler Stetten vnd fürnemmen Männern
Contrafacturen vnd Waapen so vber die alten herzu
kommen / gezieret.



Alle Rdm. Bey. Meiss. Gnad vnd Furdien nicht nach zu werden.

Getruckt zu Basel.

A-4386 948



**COSMO
GRAPHIAE**
uniuersalis Lib. VI. in
quibus, iuxta certioris fidei scriptorum
traditionem deferibuntur,



Omnium habitabilis orbis partium situs, ppxix tꝑ dotes.
Regionum Topographice effigies.
Terrae ingenia, quibus fit ut tam differētes & uarias
specie res, & animatas & inanimatas, ferat.
Animalium peregrinorum naturæ & picture.
Nobiliorum ciuitatum icones & descriptiones.
Regnorum initia, incrementa & translationes.
Omnium gentium mores, leges, religio, res gestæ, mu-
tationes: Item regum & principum genealogiæ.



Autore Sebast. Munstero. 1650.
753



mulis, asinisq; non utuntur, minusq; camelis quos dromedarios passim uocitamus. Elephantis tantum utuntur. Est & alia insignis urbs in regno Narisingæ nomine Bisinagar. Cingitur muro & est in decliuo montis sita, circuitu octo mille passuum, ibiq; cunctorum mercimoniorum famigeratum emporium. Fœcundus est ager; illic quicquid est quod ad delicias ac suauiores facit uoluptates, inuenitur. Venationibus ac aucupijs alibi nusquam arua aptiora, syluæq; credas uoluptatis paradysum esse quampiam, Magnarum est rex uirum, quippe cui multa millia equitum in armis excubant, Sunt etiam ei ad belli usum quadringenti elephantés.

Bisinagar.

Quomodo elephanti in India parantur ad bellum,



Est elephas animal admodum docile, parũq; abest ab humanis sensibus, et cunctas beluas fortitudine antecire solet. Indi bella iniuri, clitelas elephãto imponũt. Cingunt autem clitelas subtus aluũ geminã ex ferro carenẽ, supra clitelas hinc & hinc domus, uel si maũs turrim aut caueã lignẽã appellare. Collo iungunt caueas, assamẽtia nescio quẽ crassitudine mediũ palmi. Sin-

gulas caueas terni homines ingrediuntur, & inter utraq; dorso beluẽ insidet Indus, qui be suam alloquitur. Est enim illis patrij sermonis intellectus officiorumq; memoria. Constat nullum aliud animal humanis sensibus accedere propius, si amoris & gloriã uoluptatẽ, si probitatẽ conspicuã, si prudentiam & id genus mores, quorũ sunt cetera animalia expertia, spectaueris. Itaq; septeni sunt homines, qui elephãtũ unũ bella iniuri consendũt loricati, ferentes arcus, lanceas, enses ac peltas. Promuscis elephãti, quã manum uocant loricator, illi alligatur exertus ensis duorũ longitudine cubitorũ, crassitudine uero ac latitudine palmã humanã: sicq; instructi præliant. Vbi progrediendũ aut retrocedendũ est, monet domitor, cuius uocẽ callet elephas. Feri, inquit moderator beluẽ, illũ, ab illo tẽpera: sã ui itẽ in alios, abstine ab alijs. At animal cunctã subit imperata, eaq; adamussim explet, que ac humanorũ capax sensuũ. Verũ ubi usu euenierit, ut obiecto igne pãuore icũ fugam arripiant, nulla re adduci possunt ut gradum reuocent. Ea gens enim mira arte ubi libuerit ignes terrendis beluis excitat. Hos adeo id animal pauet, ut nulla alia re magis terreatur.

Elephas linguam pariam intelligit.

Ob id uis ignibus estussime diffugiunt. Sunt qui existimant in cruribus elephãtos nõ habere internodia, plicarẽq; ob id nequire tibias, quod a uero plurimum abesse aliq; asserũt. Habent enim iuncturas ut cetera animalia, sed in ima propẽ parte crurũ. Fœminis inest ferocia maior quam maribus, conuehendisq; oneribus illis longe maiores sunt uires, furore etiam corripuntur, id cursu lymphatico præse ferẽtes. Elephantes ternos bubalos magnitudine excedunt, uillo etiam nõ abfimiles, oculi ut subibus, promuscidẽ promissam admodũ habent: ea ori esculenta ac poculenta admouent. Subest em iugulo os, sui sane non abfimile, hiscã referens. Proboscis exesa est ac caua intus, eaq; truncũ arboris prosternũt, tantã quidẽ uasitatis, ut quod efficit belua, uiginti quatuor uiri nequeãt facere. Bini dentes qui prominent, collocantur in superiore maxilla: auriculas quaquaersum gemini palmi magnitudine habent. Pedes illis sunt obrotundi instar orbium, quibus discumbendo carnes excipimus. Pedẽ ambiunt quinã ungulã, ostrinã conchã latitudine. Cauda instar bubali, terni palmi longitudine, uillo rarissimo. Fœminis sunt proceriores mares; magnitudine sunt multijuga, aliq; ad tertiumdecimum palmum, ad quartumdecimum tolluntur aliq;. Assueuerant nonnulli, ad sextumdecimum palmum quosdam altitudine exurgere.

Internodia crurium.


Magnitudo.

Altitudo elephãti.

Lentiss

Lentius incedunt: sit propterea, ut qui non assueverint, non aliter quam in undabundo æquore nauseam subeat ac insidere nequeat. In iunioribus ubi infederis summa afficeris uoluptate, molliter instar gradarum multæ gradientibus. Vbi conscendendus est elephas submittere genua, & quasi stapedes instrueret, præbet scandendi facultatē: subleuante tamen quopiã homine à tergo sellorē. Infrenes sunt omnes, nec ceruicem restis uincit: soluto profus capite gradient. Et quoniã nullū habet serarum regementū, ne in cauda quidē præsidium abigendo tædio muscarū (nā & id, inquit Plinius, tanta uastitas sentit) sed cancellata est cutis, & inuitans id genus animalis odore. Ergo cū extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehensas enecant, hocq; ijs pro cauda, pro iuba & pro uillo est.

De Rhinocero



Solet Rhinoceros inueniri in illis terris, ubi elephantes gignuntur, estq; genitus foetis elephanto, inquit Plinius, haud fecus q̃ draco illi insidiās. Vnde & Romani olim commissura horum animalū natura inimicorū spectacula celebrauerūt. Habet Rhinoceros duo cornua, alterū insigni magnitudine ex naribus procedens simum forma, durumq; instar ferri: alterū quod superne erumpit exiguū quidē, sed ualidissimum. Quādo hoc animal elephantū inuadere nititur, limat cornu ad saxa, aluumq; eius maxime petit, quā scit suis īstitibus peruiā esse & grauiorē ic̃tā, cornu tāquam gladio profcindit. Scribunt quidā Rhinocerotē imparē esse magnitudine elephanto. Solinus uero scribit, parē esse longitudine, breuiorē uero cruribus. Congressi itaq; Rhinoceros & elephantis ad pugnam, naturalibus utuntur armis, Rhinoceros cornu narium & elephantis dentibus, quibus cutem Rhinocerotis quantumlibet duram, cornutam, seu testeam & uix iaculo peruiā, tam uolento ic̃tu uerberat dentibusq; laniat, ut inde succumbat. Rhinoceros uero mucrone naris suæ molliorē partē elephantī, aluum scilicet sic fauciat, si elephas eū nō pręueniat, ut præ sanguinis effusione elephas deficiat. Anno Christi 1513. prima die maij, fuit Emanueli regi Portugallię allatus ex India Rhinoceros uiuus, colore buxco siue uermicu lato, testis clypeatis tectus, magnitudine elephantī, cruribus tamē breuioribus, omniq; ex parte armatus. Habebat robustū & acutū cornu in nare, quod limat, ut diximus, ubi se parat ad pugnā. Omnis hæc inimicitia est ob meliora pascua, ut quidā scribunt, quæ conatē alteri præcipere. Anno Christi 1515. rex Emanuel Vlyssipone præbuit ludū & certamen unius elephantis cum Rhinocero, spectaculum admiratione dignū, sed in quo elephas succubuit.

Pugna Rhinocerotis & elephantis.

Calchus